



N P

MSS.
187



~~219904(a)~~

7/4



XXII. AGMIDIS.

OFFICIUM
PROPRIUM
IN FESTO
SANTAE CATHERINI
VIRGINIS, ET MARTYRIS.

MATER CONCESSUM A S.R.C. DIE 2. MAR.
ad suam subita dampn. cum eis ad usum tamum Cen-
tury Petriatis sancte Catharinae Virginis
& Margarete Civitatis Valentinianorum.

AN. M. SP. 1. minf. & libetiss. corporis pacis
a percusione.

Catharinae tui triumphum
Laudes eiusa percepit
Tunc dicitur deinde
Intra paternoster
Virgo vincit, virgo dominum
Loco fundit lumen.

In Pocula non par nec omnes
Prae nec ipsa virgo
Sed furgit deus regem
Felix, uerbi, uictrix
Ave Pudicis matrem
Feliciter nata invictam.

221 3857

DIE XXV. NOVEMBRIS.

OFFICIUM PROPRIUM IN FESTO SANCTÆ CATHARINÆ VIRGINIS, ET MARTYRIS,

NOVITER CONCESSUM A S. R. C. DIE 3. MAR-
tii 1731. sub ritu dup. i.c. cum oct. ad usum tantum Cleri
Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Catharinæ Virginis,
& Martyris Civitatis Valentiae
recitandum.

AD VESPERAS.

*Antiph. Inclita Virgo Catharina,
cum reliquis de Laudibus, Psalmi
de Virginibus.*

Capitulum.



Ecc. 51.

Onfitèbor tibi,
Dómine Rex,
& collaudâbo
te Deum Sal-
vatorem me-
um. Confitè-
bor nómini
tuo, quóniam
adjutor, & protéctor factus es

mihi, & liberásti corpus meum
à perditione.

Hymnus.

C Atharínæ vox triúmphum
Laude plena pérsonet,
Ferte palmas, ferte lauris
Juncta paſsim lília.
Virgo vincit, virgo mixtum
Lacte fundit sanguinem.
In Tyrannum par nec armis,
Par nec ipfa víribus,
Sola surgit, & minántem
Ridet, urget, increpat;
Vir Puellæ sustinere
Nescit unus ímpetum.

A

Pro-

Prodit artem docta vanis
 Turba nodis téxere,
 Verba luce clariora,
 Verba mellis æmula,
 Quæ pudico ex ore manant,
 Tela jaæta dixeris,
 Cedit agmen, cedit ultrò
 Victa virtus hóstium:
 Nec satis se Christiano
 Censet auctam nómine,
 Ni Tyranni vincat iras,
 Sæva vincat vérbera.
 Hinc supérstes virgo blandis
 Provocâtur ártibus:
 Ast inânes horror atri
 Supplet artes cáceris:
 Orta cùm móx alma noctem
 Lux fugâvit hórridam.
 Sempiterna sit Parénti,
 Sempiterna Filio;
 Utriusque sempiterna
 Sit tibi laus, Spíritus:
 Cui repéndit millè grates
 Coetus almus Vírginum. Amen.
 ¶. Spécie tuâ, & pulchritudine
 tuâ.
 ¶. Inténde, prósperè procède,
 & regna.

Ad Magnificat.

Antiph. Prudens, & viginans virgo Catharîna, qualis es cùm Sponso, qui te elegít de mundo! Quàm pulchra, quàm mirabilis, quantâ luce spectabilis inter Sion Juvénculas, & Jerúsalem Fílias! Tháalamo gaudes régio, conjúncta Dei Filio.

Oratio.

Deus, qui dedísti legem Móy-si in summitate montis Sí-nai, & in eodem loco per sanctos Angelos tuos corpus Beátæ

Catharinæ Vírginis, & Martyris tuæ mirabiliter collocásti: præsta quæsumus; ut ejus méritis, & intercessione ad montem, qui Christus est, pervenire valeâmus. Qui tecum vivit, & regnat.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Adorémus Regem Christum, Vírginum Sponsum: * Qui Catharínam sibi fide desponsavit.

Psalmus: Venite exultemus.

Hymnus.

Pange lingua gloriósæ Passionem Vírginis: Nulla tantam gemma lucem, Nulla tantum dat decus: Hanc fugândis Christus umbris Suscitávit sæculi. Virgo pœnis tot probâta, Tot supérstes mórtibus, Vim rotârum præparâtam, Et nefândam máchinam Fortiôri solvit aucta Spíritus juvâmine.

Nam precâtur, cùm repéntè Sæva moles solvitur: Inde lignis, inde clavis Icta turba cóncidit: Salva sancto tunc rigâri Pars lavâcro póstulat. Ipsa conjux Maximini Prima sortis párticeps: Agmen unâ, seque belli Ductor alter adjicet, Ecce quantam, casta, Sponso Sponsa prolem párturit. Sempiterna sit Parénti, Sempiterna Filio;

Utriusq.



Utriusque sempiternā
Sit tibi laus, Spíritus:
Cui repéndit mille grates
Coetus almus Vírginum. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Antiphona.

Christus est Deus meus, qui in ligno fuit extensus, qui mortuus, qui ex sepultura in Cœlum fuit sublevatus.

Psalmus 8.

Domine Dóminus noster, * quām admirabile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam elevata est magnificéntia tua, * super cœlos.

Ex ore infántium, & lacténtium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut déstruas inimicum, & ultorem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitórum tuorum: * lunam & stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hóminis, quoniam vísitas eum?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, gloriâ & honore coronaſti eum: * & constituisti eum super ópera mánuum tuârum.

Omnia subjecisti sub pédibus ejus, * oves & boves univérsas, insuper & pécora campi.

Vólucres cœli, & pisces maris, * qui perambulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quām admirabile est nomen tuum in univérsa terra.

Antiphona.

Christus est Deus meus, qui in ligno fuit extensus, qui mortuus, qui ex sepultura in Cœlum fuit sublevatus.

Antiphona.

Ne putétis deos esse simulâcrum hóminum, qui in vitiis vitam miserè finierunt.

Psalmus 18.

COEli enárrant glóriam Dei, * & ópera mánuum ejus annúiat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum, * & nox nocti índicat scíentiam.

Non sunt loquélae, neque sermones, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum: * & in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum: * & ipse tanquam sponsus procédens de thálamo suo.

Exultávit ut gigas ad curréndam viam, * à summo cœlo egréssio ejus:

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscóndat à calore ejus.

Lex Dómini immaculata, convértens áimas: * testimónium Dómini fidèle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justitia Dómini rectæ, laxificantes corda: * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, permanens in sæculum sæculi: * iudicia Dómini vera, justificáta in semetipsa.

Desiderabília super aurum &

lápideum pretiosum multum: * & dulciora super mel & favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiéndis illis retríbútio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: * & ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuérint dominati, tunc immaculatus ero: * & emundabor à delicto máximo.

Et erunt ut compláceant eloquia oris mei: * & meditatio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine adjutor meus, * & redémptor meus.

Antiphona.

Ne putétis deos esse simulácrum hominum, qui in vitiis vitam miserè finiérunt.

Antiphona.

Ego jam semel dixi me Christiánam esse: veni ut essem Sponsa Christi, quem toto corde diléxi.

Psalmus 23.

Domi est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum, & universi, qui hábitant in eo.

Quia ipse super mariá fundávit eum: * & super flúmina præparavit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Dómino: * & misericordiam à

Deo salutári suo.

Hæc est generatio querentium eum, * querentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevámini portæ aternales: * & introíbit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dóminus fortis & potens: Dóminus potens in prælio.

Attolite portas principes vestras, & elevámini portæ aternales: * & introíbit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dóminus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Antiphona.

Ego jam semel dixi me Christiánam esse: veni ut essem Sponsa Christi, quem toto corde diléxi. ¶ Specie tua, & pulchritudine tua.

R. Inténde, prósperè procède, & regna.

Pater noster. *Absolutio.* Exaudi Dómine. ¶. Jube domne. *Benedictio.* Benedictione perpetua.

De libro Sapiéntiæ.

Letio j.

Cap. 7.

Optávi, & datus est mihi sensus, & invocávi, & venit in me Spíritus Sapiéntiæ: & præpósum illam regnis, & sédibus, & divítias nihil esse duxi in comparatione illius. Nec comparávi illi lápidem pretiosum: quóniam omne aurum in comparatione illius aréna est exigua, & tanquam

Iustum astimabitur argéntum in conspéctu illius: super salútem, & spéciem diléxi illam, & propóssi pro luce habére illam: quóniam inextinguibile est lumen illius.

Responsorium.

Venerándam Catharínæ Vírginis festivitátēm celebrémus; & qualitè passa sit, in memóriam revocémus. Illústribus orta natálibus, plena fide, & fortitudine sponte Tyrannum adiit, gaudens ad martyrium cùcūrrit: * Quia Christi Sponsi sui inflammabatur amore. ¶ Omníum artífex dócuit illam Sapiéntia, & Dóminus ómnium diléxit eam. Quia Christi Sponsi.

Letio ij.

VEnérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa, & innumerabilis honéstas per manus illius. Et lætáta sum in ómnibus, quóniam antecedébat me ista Sapiéntia; & ignorábam, quóniam horum ómnium mater est. Quam sine fictiōne dídici, & sine invídia communico, & honestatē illius non abscondo. Infinitus enim thesáurus est homínibus, quo qui usi sunt, partícipes facti sunt amicitiæ Dei propter disciplinæ dona commendati.

Responsorium.

Si velis, Imperátor, tuam abjice-re deceptiōnem, facilé depre-héndes quidnam sint dii tui: De-um quoque verum agnósces: * Cujus vel solùm nomen pronun-tiátum, aut Crux in aëre figurâ-**ta** deos tuos vertit in fugam.

¶ Christus est Deus meus æter-nus, & immortális, & super ómnia desiderábilis. Cujus vel solùm nomen.

Letio iii.

¶ Pse enim dedit mihi horum, quæ sunt, sciéntiam veram, ut sciam dispositiōnem orbis ter-rárum, & virtutes elementórum, initium, & consummatiōnem, & mediétatem téporum, vicissitú-dinum permutatiōnes, & com-mutatiōnes téporum, anni cur-sus, & stellárum dispositiōnes: natúras animálium, & iras bestiá-rum, vim ventórum, & cogita-tiōnes hóminum, differéntias vir-gultórum, & virtutes radícum, & quæcúmque sunt absónsa, & improvísa; ómnium enim artífex dócuit me Sapiéntia.

Responsorium.

Angelus Dómini appáruit Catharínæ dicens: Noli timere, Dei puélla, præter sapiéntiam à te comparátam, altior tibi à Deo dábitur Sapiéntia, quâ sapiéntes confúndes: * Et eos cùm plurimi ad Christum adduces: Et cum martyrii palma ad Cœlum transmittes. ¶ Perdes sapiéntiam sapiéntum, & prudéntiam prudéntum reprobabis. Et eos cum plurimis, &c. Gloria Patri, &c. Et cum martyrii palma, &c.

IN II. NOCTURNO.

Antiphona.

Versáta sum in omni disciplinâ-rum génere: sed nihil hæc ómnia dúcens, veni ut despónsarer im-motâli Sponso Christo.

Psal-

Psalmus 44.

ERuctávit cor meum vèrbum bonum: * dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea cálamus scribæ, * velóciter scribéntis.

Speciòsus forma præ filiis hóminum, diffusa est gratia in labiis tuis: * proptéreà benedíxit te Deus in æternum.

Accíngere gládio tuo super femur tuum, * potentíssime.

Spécie tua, & pulchritudine tua, * inténde, prósperè procéde, & regna.

Propter veritátēm, & mansuetudinēm, & justítiam: * & dedúctet te mirabíliter déxtera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pópuli subte cadent, * in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: * virga directionis virga regni tui.

Dilexísti justítiam, & odísti iniquitátēm: * proptéreà unxit te Deus Deus tuus óleo lætitiae præ consortibus tuis.

Myrrha, & gutta, & Càfia à vestimentis tuis, à dómibus eburneis: * ex quibus delectáverunt te filiæ regum in honore tuo.

Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, * circúmdata verietate.

Audi filia, & vide, & inclína aurem tuam: * & oblíviscere pòpulum tuum, & domum patris tui.

Et concupíscet Rex decòrem tuum: * quóniam ipse est Dó-

minus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus * vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus filiæ Regis abintus, * in fímbriis aúreis circumamicta varietatibus.

Adducéntur Regi vírgines post eam: * próximæ ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætítia & exultatione: * adducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii: * constitues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nòminis tui: * in omni generatione & generationem.

Proptéreà pópuli confitebuntur tibi in æternum, * & in sæculum sæculi.

Antiphona.

Versáta sum in omni disciplinârum génere: sed nihil hæc ómnia dúcens, veni ut despónsârērē immortali Sponso Christo.

Antiphona.

Noli timere, Dei Spensa, sublimior tibi dabítur sapiéntia, quâ sapiéntes confundiās, & ad Christum addúcās.

Psalmus 45.

Deus noster refúgium, & virtus: * adjutor in tribulatiōnibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptéreà non timébimus dum turbábitur terra: * & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, & turbatæ sunt aquæ

aqua eorum : * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus laetificat civitatem Dei : * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus , non commovabitur : * adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbata sunt gentes , & inclinata sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: * suscepitor noster Deus Jacob.

Venite , & videte opera Domini, quae posuit prodiga super terram : * auferens bella usque ad finem terrae.

Arcum conteret , & confringet arma : * & scuta comburet igni.

Vacate , & videte, quoniam ego sum Deus : * exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: * suscepitor noster Deus Jacob.

Antiphona.

Noli timere , Dei sponsa: sublimior tibi dabitur sapientia , quam sapientes confundas , & ad Christum adducas.

Antiphona.

Etsi verè beati : quod relictis tenébris, secuti etsi lumen veritatis : & terreno Rege rejecto , ad immortalem accessistis.

Psalmus 47.

M Agnus Dominus , & laudabilis nimis : * in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundatur exultatione universæ terræ mons Sion, * latera Aquilonis civitas Regis magni.

Deus in domibus ejus cognoscetur: * cum suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terræ congregati sunt: * convenierunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: * tremor apprehendit eos.

Ibi dolores, ut parturiēntis: * in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus , sic vidi mus in civitate Domini virtutum , in civitate Dei nostri : * Deus fundavit eam in aeternum.

Suscipimus Deus misericordiam tuam : * in medio templi tui.

Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ : * justitia plena est dextera tua.

Latetur mons Sion , & exultent filii Iudeæ : * propter iudicia tua Domine.

Circumdate Sion , & complectimini eam : * narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus : * & distribuite domos ejus, ut enarreritis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus , Deus noster in aeternum , & in saeculum saeculi: * ipse reget nos in saecula.

Antiphona.

Etsi verè beati : quod relictis tenébris, secuti etsi lumen veritatis : & terreno Rege rejacto , ad immortalem accessistis.

¶. Adjuvabit eam Deus vultu suo.

¶. Deus in medio ejus , non commo-

movēbitur.

Pater noster. *Absolutio*. Ipsius pié-
tas. ¶. Jube domne. *Benedictio*.
Deus Pater Omnipotens.

Lectio iv.

Catharina nobilis virgo Ale-
xandrīna , à prima ætate
stūdia liberālium artium cum Fi-
dei ardore conjūngens, brevi ad
eam sanctitatis , & doctrinæ per-
fectionem pervenit, ut decem &
octo annos nata eruditissimum
quemque superaret. Quæ cùm
Maximini jussu multos propter
Christianæ Religiōnis professiō-
nem variè tormentis cruciatos
ad supplicium rapi vidēret, non
dubitanter ipsum adiit Maximī-
num, eisque nefariam immanit-
atem objiciens, sapientissimis ra-
tionibus Christi Fidem ad salu-
tem necessariam esse affirmavit.

Responsorium.

Beata es , ô Imperatix, si Christo
adhæseris, & in ipsum credas. *
Ecce video in Angelorum mani-
bus corōnam tuam in altum elā-
tam, quam moriendo pro Christo
post diem tertium consequē-
ris. ¶. Noli timere: habebis enim
Christum in corde, ad quem per-
petuò regnatūra procēdes.
Ecce video in Angelorum, &c.

Lectio v.

Cujus prudētiā Maximī-
nus admiratus, retinēri eam
jubet , accersitis undique docti-
simis hominibus, magnisque pro-
positis præmiis , qui convictam
Catharinam à Christi Fide ad i-
dolorum cultum perduxissent.
Quod contrā accidit. Nam plu-

res Philosophi , qui ad eam co-
arguēndam convenerant, vi , ac
subtilitate ejus disputationis tan-
to Jesu Christi amore sunt incén-
si , ut pro illo mori non dubitā-
verint. Quamobrem Maximinus
blanditiis , ac promissis Cathari-
nam de sententia deducere ag-
grēditur : verū id frustrā fieri
intelligens , verbēribus affēctam,
plumbatisque contusam dies ún-
decim sine cibo, ac potu inclusam
tenet in carcere.

Responsorium.

Virgo dirè flagellatur : cruciā-
da fame religatur : carcere clau-
sa manet : lux cœlica fusa refū-
get. * Frāgrat odor: dulces can-
tant cœli agmina laudes. ¶. Spon-
sus amat Sponsam , Salvator visi-
tat illam. Frāgrat odor,&c.

Lectio vi.

Quo tempore Maximini u-
xor , & Porphyrius belli
Dux , visendæ virginis
causā carcerem ingrēssi, & ejus-
dem prædicatiōne in Jesum Chri-
stum credentes , pōstea martyrio
coronati sunt. Interim Catharina
edūcitur de custodia, & rota ex-
peditur, crebris , & acutis præfi-
xa glādiis, ut virginis corpus cru-
delissimè dilacerarētur. Quæ má-
china brevi Catharinæ oratiōne
confracta est , eoque miraculo
multi Christi Fidem suscepérunt.
Ipse Maximinus in impietate, &
cruelitate obstinatior , Cathari-
nam secūri pēcuti imperat. Quæ
fōrtiter dato capite, ad duplicā-
tum virginitatis, & martyrii præ-
mium eyolāvit séptimo kalendas
De-

Décembris : cuius corpus ab Angelis in Sina Arabiae monte mirabilitè collocatum est.

Responsorium.

Desipis, Imperator, adversus Deum decertans. Nè attendas corporis pulchritudinem, quæ citò perit. * Sum Christi sponsa, cui animè pulchritudinem servo : * Quem amavi, quem dilèxi, & toto corde quæsivi. ¶ Omnis gloria ejus filia Regis ab intus. Sum Christi sponsa, &c. Gloria Patri, &c. Quem amavi, quem dilèxi, &c.

IN III. NOCTURNO.

Antiphona.

Dæmones, quos Deos nōminas, spectris vos decipiunt dæmoniacis, & vos ad libidinem provocant, & nefarias cupiditatis.

Psalmus 95.

Cantate Domino canticum novum: * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite nōmini ejus: * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter Gentes gloriam ejus, * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis : * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii Géntium dæmonia: * Dominus autem coelos fecit.

Confessio & pulchritudo in conspectu ejus: * sanctimonia & magnificētia in sanctificatiōne ejus.

Afférte Dómino pātria Géntium, afférte Dómino gloriā & honorem: * afférte Dómino gloriā nōmini ejus.

Tollite hōstias, & introite in atria ejus: * adorāte Dóminum in atrio sancto ejus.

Commovēatur à facie ejus univēsa terra: * dícite in Géntibus quia Dóminus regnāvit.

Etenim corrēxit orbem terrae, qui non commovēbitur: * judicabit populos in æquitāte.

Lætentur coeli, & exultet terra, commovēatur mare, & plenitudo ejus: * gaudēbunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvārum à facie Dómini, quia venit: * quoniam venit judicāre terram.

Judicabit orbem terræ in æquitāte, * & populos in veritāte sua.

Antiphona.

Dæmones, quos Deos nōminas, spectris vos decipiunt dæmoniacis, & vos ad libidinem provocant, & nefarias cupiditatis.

Antiphona.

Dixit Porphyrius Catharīnæ: Quid dabit mihi Christus, si in eum credam, cui jam militare desidero?

Psalmus 96.

Dominus regnāvit, exultet terra: * lætentur insulae multæ.

Nubes & caligo in circuitu ejus: * justitia & judicium correūt sedis ejus.

Iesus ante ipsum præcedet, *

B

&

& inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terrae: * vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Dómini: * à facie Dómini omnis terra.

Annuntiaverunt cœli justitiam ejus: * & vidérunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: * & qui gloriātur in simulachris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus: * audívit, & lætata est Sion.

Et exultaverunt filiae Judæ, * propter judicia tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus Altissimus super omnem terram: * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligit Dóminum, odite malum: * custodit Dóminus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætitiâ.

Lætamini justi in Dómino: * & confitémini memoriæ sanctificationis ejus.

Antiphona.

Dixit Porphyrius Catharinæ: Quid dabit mihi Christus, si in eum credam, cui jam militare desidero.

Antiphona.

Nulla lingua narrabit bona, quibus frueris, & quæ parata sunt iis, qui diligunt Christum.

Psalmus 97.

C Antâte Dómino canticum novum: * quia mirabilia fecit.

Salvabit sibi dexteræ ejus, * & brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutare suum: * in conspéctu Géntium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ, * & veritatis suæ domui Israël.

Vidérunt omnes termini terræ * salutare Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra: * cantate, & exultate, & psallite.

Psallite Dómino in cithara, in cithara & voce psalmi: * in tubis ductilibus, & voce tubæ corneaæ.

Jubiláte in conspéctu Regis Dómini: * moveatur mare, & plenitudo ejus; orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspéctu Dómini: * quóniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, * & populos in æquitate.

Antiphona.

Nulla lingua narrabit bona, quibus frueris, & quæ parata sunt iis, qui diligunt Christum.

¶. Elégit eam Deus, & prælègit eam.

¶. In tabernáculo suo habítare facit eam.

Pater noster. *Absolutio.* A vinculis. ¶. Iube domine. *Benedictio.* Evangelica lectio.

Lectio S. Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio viij. Cap. 25.

IN illo tempore dixit JESUS Discipulis suis parabolam hanc: Simile erit Regnum Cœlorum decem virginibus: quæ accipiētes lāmpades suas: exierunt obviam Sponso, & Sponsæ. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papæ.

Homilia 12. in Evangelia.

SÆpè vos, fratres charissimi, admoneo prava opera fūgere, mundi hujus inquinamēta devitare: sed hodiernâ sancti Evangelii lectiōne compellor dicere, ut & bona, quæ agitis, cum magna cautela teneatis: ne per hoc, quod à vobis rectum geritur, favor, aut grātia humāna requirātur: ne appetitus laudis subrēpat, & quod foris ostenditur, intus à mercēde vacuētur. Ecce enim Redemptoris voce decem virgines, & omnes dicuntur virgines, & tamen intra Beatitudinis januam non omnes sunt recipitæ: quia cārum quædam, dum de virginitate sua gloriā foris expetunt, in vasis suis óleum habēre noluērunt.

Responsorium.

Beata Catharina impii Tyranni iussu horrēdam rotārum machinā lētantē ingrēssa, orābat ad Dōminum, ut eam eriperet de manib⁹ inimicorum. * Vi Divinā solutā machinā, peremptis tortōrib⁹, virgo illæsa permānsit. ¶ Adjuvabit eam Deus vultu suo, Deus in médio ejus,

non commovēbitur. Vi Divinā, &c.

Lectio viiij.

SEd prius quærēndum nobis est, quid sit Regnum Cœlorum, aut cur decem virginibus comparētur, quæ etiam virgines prudentes, & fātuæ dicantur. Dum enim Cœlorum Regnum constat, quia reprobōrum nullus ingreditur, etiam fātuis virginibus cur simile esse perhibētur? Sed sciēndum nobis est, quòd sæpè in sacro elōquio Regnum Cœlorum præsentis tēporis Ecclēsia dicitur. De quo alio in loco Dōminus dicit: Mittet Filius hominis Angelos suos, & colligent de Regno ejus omnia scāndala. Neque enim in illo Regno Beatitudinis, in quo pax summa est, inveniri scāndala poterunt, quæ colligantur.

Responsorium.

Virgo percūssā glādio, dat lac pro sanguine collo: * Quam manus Angelica sepelivit in vértice Sinai. ¶ Membris virginis olei fluit unda salubris.

Quam manus, &c. Gloria Patri, &c. Quam manus, &c.

Lectio ix.

IN quinque autem cōporis sénibus unusquisque subsistit: geminatus autem quinariū denārium perficit. Et quia ex utrōque sexu Fidélium multitudine colligitur, Sancta Ecclēsia decem virginibus similis esse denuntiatur. In qua, quia mali cum bonis, & réprobi cum élēctis admixti sunt, recte similis virginibus

bus prudētibus , & fatuis esse perhibetur. Sunt namque plerique continētes, qui ab appetitu se exteriōri custodiunt, & spe ad interiōra rapiuntur , carnem mácerant , & toto desidērio ad supérnam Pátriam anhélant , æterna præmia éxpetunt, pro labòribus suis recipere laudes humánas nolunt. Hi nimírum gloriām suam non in ore hóminum ponunt , sed intra consciéntiam cōtegunt. Et sunt plerique, qui corpus per abstinentiam afflīgunt, sed de ipsa sua abstinentia humános favóres éxpetunt.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES,

Et per Horas, Antiphona.

Tunclyta virgo Catharina intrépidè Maximūnum adiit, ut ab idolōrum vanitāte ad veram Christi Fidem eum sapiénter adducat.

Psalm. Dominus regnavit , cum reliquis de Dominica.

Antiphona.

Oportébat, ò Imperátor, tuam te agnoscere deceptiōnem , ne simulâchris tanquam diis sacrifícia ófferas , & stultam plebem decípias.

Antiphona.

Solum Christum , qui est Deus Eternus , & Immortális , Sponsum hábeo , & consiliárium.

Antiphona.

Hábeo sapiéntiam , donum Dei mei, qui est Sapiéntia, & Vita, & quem timere initium sublimioris sapiéntiæ est.

Antiphona.

Ornámentum virginitatis , & stolam mártirii præfero cuivis púrpurae regiæ.

Capitulum. Confitebor , ut supra in Vesperis.

Hymnus.

I Ucis ortu tam decóræ,
Christe Sponse virginum;
Corde puro, voce lätâ
Laudis hymnum prómimus:
Te favénte dùm triumphans
Virgo palmas ággredit.
Ista demùm tot corónis,
Laureisque nóbilis,
Icta ferro virgo rivos
Alba fundit lacteos:
Hoc Tyranne fuge nectar;
Suge mansuetudinem.

Legis in quo monte primùm
Verba Numen édedit,
Corpus illíc collocátur
Angelōrum múnere:
Hos ministros, hoc sepulchrum
Virgo talis óbtinet.

Urñâ ab illâ sacra sudat
Unctiōnis cópia,
Quâ repente corpus ægrum
Sospitati rédditur:
Christe, mentis terge labes
Unctiōne gratiæ.

Sémpiterna sit Parénti,

Sémpiterna Filio;
Utriusque sémpiterna
Sit tibi laus, Spíritus:
Cui repéndit millè grates
Cetus almus Vírginum. Amen.
¶. Diffusa est gratia in lábiis
tuis.

¶. Proptereá benedixit te Deus
in æternum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ave virginum gemma Catharina: Ave Sponsa Regis Regum gloria: Ave viva Christi hostia; tuam venerantibus memoriam, desiderata non denege suffragia.

Oratio.

Deus, qui dedisti legem Móysi in summitate montis Sínaï, & in eodem loco per sanctos Angelos tuos corpus Beatae Catharinae Vírginis, & Martyris tuæ mirabiliter collocasti: præsta quæsumus, ut ejus méritis, & intercessione ad montem, qui Christus est, pervenire valeamus. Qui tecum vivit, & regnat.

Ad Primam, Antiphona.

Inclyta virgo Catharina.

Lectio brevis, Capitulum Nonæ, Laudabit.

Ad Tertiam, Antiphona.

Oportébat, o Imperátor.

Capitulum. Confitébor tibi Dómine, ut suprà.

Resp. breve. Spécie tua, * Et pulchritudine tuâ. Spécie. ¶. Intende, prósperé procéde, & regna. Et pulchritudine tua. Glória Patri, &c. Spécie tua. ¶. Adjuvabit eam Deus vultu suo. ¶. Deus in medio ejus, non commovébitur.

Ad Sextam, Antiphona.

Solum Christum.

Capitulum. Eccles. 5.1.

Iberásti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis ad escam, de manibus querentium animam meam, & de

multis tribulatiōibus, quæ circumdedérunt me.

Resp. breve. Adjuvabit eam, * Deus vultu suo. Adjuvabit. ¶. Deus in medio ejus, non commovébitur. Deus vultu suo. Glória Patri. Adjuvabit.

¶. Elégit eam Deus, & præelégit eam.

¶. In tabernáculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Ornamentum virginitatis.

Capitulum. Eccles. 5.1.

LAUDABIT usque ad mortem ánimam mea Dóminum: quóniam éruis sustinéntes te, & liberas eos de manu angústiarum, Dómine Deus noster.

Resp. breve. Elégit eam Deus, * Et præelégit eam. Elégit. ¶. In tabernáculo suo habitare facit eam. Et præelégit eam. Glória Patri. Elégit eam.

¶. Diffusa est grátia in labiis tuis.

¶. Proptéreà benedíxit te Deus in æternum.

AD VESPERAS.*Antiphona.*

Inclyta Virgo Catharina, cum reliquis de Laudibus: Psalmi, Capitulum, O Hymnus, ut in primis Vesperis.

¶. Diffusa est grátia in labiis tuis.

¶. Proptéreà benedíxit te Deus in æternum.

Ad Magnificat, Antiph.

Beata Catharina ad martyrium ducta, orabat dicens: Dómine

Je-

JESU Christe , tibi grātias ago , quōd statuīsti super petram pedes meos , & direxisti gressus meos : nūnc sūscipe animam , quam sacrificāvi pro te : da , ut hoc corpus meum , quod pro te fuit consacrīsum , non possit áspici ab hōminibus : memēto quoque eōrum , qui per me invocant Nomen sanctū tuū: ut per ómnia laudēntur magnália tua.

Oratio.

DEUS , qui dedistī legem Móysi, *ut suprà pag. 2.*

Deinde fit commemoratione tantum Desponsationis B. M.V.

Antiphona.

Gloriósae virginis Mariæ Desponsationem dignissimam recolámus , quæ & genitricis dignitatē obtinuit , & virginalem pudicitiam non amisit.

V. Desponsatio est hodie Sanctæ Mariæ Vírginis.

R. Cujus vita inculta cunctas illústrat Ecclésias.

Oratio.

FAmulis tuis , quæsumus Dómine , cœlestis grātiae munus impertire: ut quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exordium , Desponsationis ejus votiva solémnitas pacis tribuat incremētum. Per Dominum.

Et cetera

DIE XVI. NOVEMB.

Secunda infra Octavam.

Fit de Desponsatione B. M.V. cum

S. Joseph in Hispan. 9. lect. S. Petri Alexandrini Episcopi & Martyr. com Oet. ac S. Petri in Laudibus. In secundis Vesp. com. Oet.

Et cetera

DIE XXVII. NOVEMB.

Tertia infra Octavam.

In primo Nocturno leguntur Lectio[n]es de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Ambrosii Episcopi.

Libro 1. de Virg. ante med.

Lectio iv.

EGO licet laudationem non suscéperim virginitatis , sed expreſſionem : ad rem tamen pertinére árbitror , ut quæ sit ei patria , quis auctor appāreat. Ac priùs , ubi sit pátria , definiāmus. Si enim ubi est pátria , ibi est genitale dōmīcīlīum: in Cœlo profecto est pátria castitatis : itaqüē hic advena , ibi incola est. Quid autem est castitas virginális , nisi expers contagionis intégritas? atque ejus auctōrem , quem póssumus existimare , nisi immaculatum Dei Fílium , cuius caro non vidit corrúptionem , divinitas non est expérta contagionem? *R.* Beata es , &c.

Lectio v.

VIdete igitur , quanta virginitatis mérita sint. Christus ante Virginem : Christus ex Virgine : à Patre quidem natus ante sēcula , sed ex Virgine natus ob sēcula. Illud naturæ sue , hoc nostræ utilitatis est: illud erat semper , hoc esse voluit.

Iuit. Spectate aliud virginitatis méritum, Christus Virgo Virginis Sponsus, & si dici potest, Christus virginæ castitatis. Virginitas enim Christi, non virginitatis est Christus. Virgo est ergo, quæ nupsit, Virgo quæ nos suo utero portavit, Virgo quæ genuit, Virgo quæ proprio lacte nutravit; sed jam à matre descendamus ad filias.

R. Virgo dire, &c.

Lectio vij.

DE Virginibus, inquit Apóstolus, praeceptum Dómini non hábeo. Si Doctor géntium non hábuit, habere quis potuit? Et præceptum quidem non hábuit, sed hábuit exéplum. Non enim imperári potest virginitas, sed optári. Nam quæ suprà nos sunt, in voto magis, quam in magisterio sunt. Sed volo vos, inquit, sine solitudine esse: nam qui sine uxóre est, solicitus est, quæ Dómini sunt, quómodo pláceat Deo. Et Virgo cogitat, quæ Dómini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu. Non ego quidem dissuádeo matrimonium, sed virginitatis attéxo beneficium.

R. Desipis, &c.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: dixit Jésus discipulis suis parabolam hanc: simile erit regnum Cœlorum decem Virginibus; quæ accipiéntes lámpades suas, exié-

runt óbviā sponso, & sponsæ, Et réliqua.

Homilia Sancti Hierónymi Presbyteri.

Lib.4. Matth. c.25.

HAnc parabolam quidā simili pliciter in Virginibus interpretantur: quarum aliae, juxta Apóstolum, & corpore, & mente sunt Virgines: aliae virginitatem tantum corporum reservantes, vel cætera opera non habent propósito suo similia: vel paréntum custódia reservatae, nihilominus mente nupsérunt, sed mihi vidétur ex superioribus álius sensus esse, qui dicitur; & non ad virginália corpora, sed ad omne hominum genus comparatio pertinere.

R. Beata Catharina, &c.

Lectio viij.

Qui idcirco omnes Virgines appellántur: quia gloriántur in unius Dei notitia, & mens eórum idolatriæ turbine non constupratur. Oleum habent Virgines, quæ juxta fidem, & operibus adornantur: non habent óleum, quæ vidéntur simili quidem fide Dóminum confitèri, sed virtutum opera négligunt. Póssimus quinque Virgines sapientes, & stultas quinque sensus interpretári, quorum alii festinant ad cœlestia, & supérna desiderant: alii terrénis fæcibus inhiántes, soménta non habent veritatis, quibus sua corda illúminent.

R. Virgo percussa, &c.

Lectio ix.

Di-

Dicámus aliquid, quod fórit
sit an lectóri útile sit. Traditione
Judaórum est, Christum
média nocte ventúrum in simili-
tudinem Ægyptii témporis, quādò
Pascha celebrátum est, &
exterminátor venit: unde reor,
& traditiónem Apostólicam per-
mansisse, ut in die vigiliárum
Paschæ ante noctis dimidium,
pópulum dimittere non liceat,
expectántes advéntum Christi,
& postquam illud tempus trans-
iérit sucuritate præsumpta, fe-
stum cunctos ágere diem. Tunc
surrexérunt omnes Virgines illæ.
Quæ lámpades suæ querunt ex-
tingui, osténdunt eas ex parte
lucere: & tamen non habent lu-
men indeficiens, nec ópera per-
péta.

Te Deum laudamus.

¶¶¶¶¶

DIE XXVIII. NOVEM.

Quarta infra Octavam.

Lectiones primi Nocturni legun-
tur de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Maximi Episcopi.

In Nativit. S. Agnetis.

Lectio iv.

Cum in toto mundo virgi-
neus flos Mariæ immar-
césibiles corónas innécat, &
sceptrigeram pudoris animam
immaculatō conféret afféctu,
eo usque intégritas perseverá-
vit ad palmam, ut in puéllis tro-
phœum sanctitatis arriperet, &
per vestigia Matris Virginis ad

cœlestem thálamum pervehíret.
O quam imitábile Virginibus,
Virgo Catharina tui amóris tra-
didisti exéplum. O quam san-
ctum pectóribus dandum virgi-
neis tribuisti respónsum, con-
temnéndo mundi divitias, exe-
crando carnis concupiscentias,
& solam Christi pulchritúdinem
adamando. Accédite ad puéllam
puéllæ, & discite, quales in pé-
ctore suo circa amórem Christi
flamas accéndit. Discite Vir-
gines Christi amórem in ea fer-
véntem, & omnes mundi divi-
ties velut stércora recusántem.

R. Beata es, &c.

Lectio v.

IDeo enim sanctórum per lit-
teras tradúntur exémpla, ut
unusquisque pro qualitate se-
xus, modum sui propósiti téneat,
& sicut per Virginem virgines, ita
per cónjugem cónjuges vincere
sæculum pro Christi amóre stú-
deant; ac repugnatióne animi,
mundi dulcia recusantes, & ejus
non recusántes austéra, ad dele-
ctatiónes perpétuas, & ad gaudia
ætérrna pertingant. Hæc dicén-
tes, non vituperámus cónjugum
casta commercia, sed virginum
perseverántiam adornámus. Non
enim virginitas malis rebus su-
perponénda est, sed est rebus
optimis præferénda; quæ enim
mundis mundior, & sanctis est
sanctior, non indiget malárum
rerum vituperatióne laudári.

R. Virgo dirè, &c.

Lectio vi.

VEni jam virgo ad thala-
mum

mum, quem quæsisti, ut sponsam te virginitas immaculata cōprobet Christi. Felix caterva virginum, quibus studium est tua sequi confessio[n]is vestigia. Habebunt enim tecum corōnam in cœlo, quæ tecum superaverunt inimicum in mundo. Nam sicut tibi vestigia Mariæ prosequenti participatio æternæ remuneratiōnis appāruit; ita eis te imitantibus æterna crēdimus gaūdia non negānda. Itaque, o splendida Christo Dei Filio, & omnibus Angelis, atque Archangelis grata, ut nostri meminisse dignēris, quibus pōssimus precibus exorāmus: ut nobis ille tribuat indulgentiam, qui tibi tuorum omnium labōrum trādedit palmam.

R. Desipis, &c.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangeli secundum Matthæum.

Lectio vii.

IN illo tempore dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc: Simile erit Regnum Cœlorum decem virginibus: quæ accipiētes lámpades suas: exierunt obviam Sponso, & Sponsæ. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi.
Homil. 79. in Matth. post init.

Quam ob causam in persona Virginum hanc parabolam profert, nec qualecumque personam sine discriminē subjicit? Magna quædam de virginitate differuerat, dicens:

Sunt eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter Regnum Cœlorum: Et, qui potest capere, capiat. Nec ignorabat de virginitate magnam esse vulgo existimationem, quippe cum sit ea res natura sublimis; quod inde patet, quia neque in veteri Testamento à prīcis illis, sanctissime viris culta fuit, & in novo nulla legis necessitate jubetur: non enim id imperavit, sed fidelium voluntati permisit. Unde & Paulus ait: De Virginibus autem præceptum Domini non habeo, & laudo quidem eum, qui hoc sectatur institutum, nolentem autem non cogi, neque eam rem præceptum facio.

R. Beata Catharina, &c.

Lectio viii.

Quoniam igitur, & magna res erat, ac de ea apud multos magna erat existimatio; ne quis ea perfec̄ta, se totum perfec̄isse putaret, ac cætera negligenter, hanc parabolam posuit ut ostenderet virginitatem, quamvis cætera habeat, si misericordiae bonis caruerit, cum fornicatoribus ejici. Ac merito quidam inhumanum ac misericordia carentem cum illis collocat. Fornicator enim corporum, istæ vero pecuniarum cupiditate vincuntur. Non est autem corporum, & pecuniae par cupiditas: sed acrior multo, atque vehementior illa corporum est. Quantò igitur cum imbecilliore luctantur,

C tan-

tantò minùs vénia dignæ sunt, si vincántur. Idcircò etiam fa-tuas appellavit: quoniam majóri certámine superáto, in faciliore totum perdidérunt.

R. Virgo percússa, &c.

Lectio ix.

Lampades autem hoc loco illud ipsum virginitatis do-num appéllat, & sanctimóniæ puritátem: óleum verò benignitátem, eleémósynam, impénsum indigéntibus auxilium. Tar-dante autem sponso, dormita-vérunt omnes, & dormiérunt. Non parvum témporis rursus spatiū interjéctum osténdit, ut discípulos regnum ipsius mox fu-túrum expectántes, ab ea opinióne dedúceret: id enim illi spe-rabant: quapropter crebrò ab hujúsmodi eos spe révocat. Ad hoc, illud quoque índicat, som-num quemdam esse mortem. Dormiérunt, inquit: média au-tem nocte clamor factus est, vel, ut in eádem parábola persi-stat, vel rursus osténdit, in no-cte futúram esse resurrectiōnem. Clamórem etiam Paulus com-mémorat, dicens: Injussu, in voce Archángeli, in novissima tuba descéndet de Cœlo.

Te Deum laudamus: Te Dómi-num, &c.

॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥

DIE XXIX. NOVEMB.

Quinta infra Octavam.

Lectio. primi Nocturni de Scrip-tura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex Libro S.Cypriani Episcopi, & Martyris de disciplina & habitu Virginum.

Cap.2. Lectio iv.

Nunc nobis ad Vírgines ser-mo est; quarum quò sublímior glória est, major & cura est. Flos est ille Ecclesiástici gérmnis, decus atque ornaméntum grátiae spiritális lēta indeoles, laudis & honóris opus integrum atque incorrúptum, Dei imágō respóndens ad sanctimóniam Dómini, illústrior pótio gregis Christi. Gaudet per illas, at-que in illis largiter floret Ecclésiæ matris gloriósa fecúnditas: quantóque plus copiosa virginitas número suo addit, tanto plus gáudium matris augéscit. Ad has lóquimur, has adhortá-mur affectiōne pótius quàm po-testáte: non quòd extrémi, & míni-mi, & humilitátes nostræ ámodum cónscii àliquid ad cen-súram licéntiæ vindicémus; sed quòd ad sollicitúdinem magis cauti, plus de diáboli infestatiō-ne timeámus.

R. Beata es, ô Imperatrix, &c.

Lectio v.

Neque inánis hæc cáutio est, & vana formido, quæ ad salutis viam cónsulit, quæ Dó-minica & vitália præcepta cu-stodit, ut quæ se Christo dicá-verint, & à carnali concupi-céntia recedéntes, tam carne, quàm mente se Deo vóverint, consúmment opus suum magno præmio destinátum: nec ornári jam,

19

jam ; aut placere cuiquam , nisi
Dómino suo , studeant , à quo
& mercédem virginitatis expé-
ctant , dicente ipso : Non om-
nes cāpiunt verbum , sed illi qui-
bus datum est . Sunt enim spā-
dōnes , qui ex útero matris sic
nati sunt , & sunt spādōnes , qui
coācti sunt ab hominibus : & sunt
spadones , qui se ipsos castravé-
runt propter Regnum Cœlō-
rum .

R. Virgo dirè , &c.

Lectio vi.

DEnuò quoque per hanc An-
geli vocem continéntiae
munus osténditur , virginitas prē-
dicatur . Hi sunt , qui cum mu-
liéribus se non coinquinavérunt:
virgines enim permansérunt : hi
sunt qui sequuntur Agnum quo-
cūmque ierit . Neque enim tan-
tum másculis continéntiae grá-
tiā Dóminus repromítit , &
féminas præterit : sed quóniam
fémina viri pörtio est , & ex eo
sumpta atque formāta est , & in
Scriptúris ferè omnibus ad pro-
toplástum Deus lóquitur , quia
sunt duo in carne una , & in máscu-
lo simul significátur & fémina .
Quod si Christum continéntia
sequitur , & regno Dei virginita-
tas destinātur : quid est illis cum
terrénō cultu , & cum ornamé-
ntis , quibus dum homínibus pla-
cere géstiunt , Deum offéndunt?

R. Desipis , Imperator , &c.

In tertio Nocturno.

*Lectio Sancti Evangélii secun-
dum Matthæum.*

Lectio viij.

IN illo témpore : dixit Jésus
discipulis suis parábolam
hanc : simile erit regnum Cœ-
lorum decem Virginibus ; quæ
accipiéntes lámpades suas , exié-
runt óbyam sponso , & sponsæ .
Et réliqua .

De Homilia Sancti Joánnis
Chrysóstomi .

POst ingéntes labóres , post
incredibiles sudóres , & acé-
rrimas pugnas , post trophæa ,
quæ de natúra rábiæ statuerunt ,
resúrgunt cum dedécore , & lám-
pádibus eárum extinctis , terram
aspiciéntes recédunt . Nihil sanè
tenebrósius est , quàm vírgini-
tas óleo carens : unde síc vulgò
multi immisericórdes tenebró-
fos solent appellare . Quid igitur
ex virginitatē lucratæ sunt , quæ
nec sponsum quidem vidérunt ;
nec saltem ad pulsándum usque
pervenérunt , sed terrible illud
verbum audivère : Abite , nescio
vos ?

R. Beata Catharina , &c.

Lectio viii.

QUOD cùm ipse díixerit , níhil
aliud , quam gehénnā ,
& intolerábilis cruciátus
relinquitur : imò verò étiam , ge-
hénnā , istud verbum grávius est :
hoc verbum operántibus étiam
iniquitátem díxit : Vigiláte , quia
nescítis diem , neque horam :
crebrò id rēpetit , ut ignoráñ-
tiā éxitus ab hac vita utilem
esse osténdat . Ubi sunt ergo ,
qui per totam vitam desidia tor-
pescunt , & quando à nobis ad-

Lectio iv.

TAM magnum Deus voluit esse bonum virginitatis, ut illud non aliunde, sed ex vocabulo dignaretur nominare virtutis. Virginis itaque si quis velit diligenter considerare vocabulum, ex virtutis invenerit nomine derivatum. Virgo enim dicitur, quasi virago. Virginem vero Scriptura sancta non ob aliud vocatam dicit, nisi quia de viro sumpta est. Dixitque Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Haec vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Itaque cum Virginis nomen ex nomine viri descendenter, quis dubitet quod vir à virtute vocatus sit?

R. Beata es, &c.

Lectio v.

ET quia, sicut Paulus docet, illa omnia in figura facta sunt nostri, profecto in illa virginie, quae ex viri fiebat costa, futura jam tunc præfigurabatur Ecclesia, quae vere de viro sumpta; & de quo sumpta illi conjuncta, inde habet in virtute virtutem, unde habet verum virginis nomen. Propter quod hanc virginem, id est, virginem quae de viro sumpta est, non solum virginis, sed etiam viri nomine Paulus non dubitat appellare; ait fidelibus: Despondi enim vos uni viro Virginem castam exhibere Christo. Christus est quippe vir, de quo haec virgo sumpta est.

R. Virgo dire, &c.

Lectio vi.

TYpicè itaque à viro dicitur virginis vocabulum, quia nomen à Christo dicitur christianum. Christus enim Dei virtus est, & Dei sapientia, ex quo est Ecclesia, quae virgo in fide, & charitate persistens, & sapientiam possidet, & virtutem. Quae cum individualis membris suis habeat donationes, secundum gratiam, quae data est ei, differentem, majorem tamen gratiam donationis in illis membris accedit, in quibus ita spiritualiter virgo dicitur, ut etiam corporeæ virginitatis integritate potiatur: in his enim, in quibus sic fidem custodit rectam, ut etiam carnem ab omni concubitu reservet intactam, quanto pleniori habet virginitatem, tanto pleniùs, & perfeciùs ejusdem virginitatis possidet nomen.

R. Desipis, &c.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit Regnum Cœlorum decem virginibus; quae accipientes lâmpades suas, exierunt obviam Sponso, & Sponsæ. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Alias dixit prudentes, alias stultas. Unde intuemur?

Un-

Unde discérimus? De óleo. A-
liquid magnum significat óleum,
& valde magnum. Putas non
cháritas est? Quæréndo dícimus,
non senténtiam præcipitamus.
Unde mihi videátur óleum cha-
ritátem significare, dicam vobis.
Apóstolus dicit: Adhuc super-
eminentiorem vobis viam de-
mónstro. Si linguis hóminum
loquar, & Angelórum, chari-
tatem autem non hábeam, fa-
ctus sum æraméntum sonans, aut
cymbalum tinniens. Ipsa est su-
peréminens via: id est, cháritas,
quæ mérito óleo significatur.
Omnibus enim humóribus oleum
super éminet.

R. Beata Catharína, &c.

Lectio viii.

Quid ergo fratres? Jam dis-
ceptámus de quinque Ví-
ginibus prudéntibus, &
quinque fátuis. Voluerunt ó-
bviam ire sponso; corde ire, ex-
pectare ejus advéntum est. Sed
ille tardabat. Dum tardat ille,
dormiérunt omnes. Quid est
somnus iste? Ne fortè tardánte
sponso, quóniam abúndat ini-
quitas, refrigescit cháritas mul-
tòrum. Siccine intellectu su-
mus istum somnum? Non mihi
placet: dico quare? Quia sunt
ibi prudéntes. Et útique quan-
do dixit Dóminus: Refrigescet
cháritas multòrum, subjécit, &
ait: Qui autem perseveráverit
usque in finem, hic salvus erit.
Non ergo eis obrépsit frigus cha-
ritatis, non in eis refriguit chá-
ritas, sed fervet usque in fi-

nem:

R. Virgo pércessa, &c.

Lectio ix.

Est álius somnus, quæm ne-
mo evádit. Non recordá-
mini Apóstolum dicéntem: De
dormiéntibus autem nolo vos igno-
rare, fratres: id est, de his,
qui mórtui sunt? Fátua sit Virgo,
prudens sit Virgo, somnum mor-
tis omnes patiuntur. Ad novis-
simam tubam surgent omnes.
Prudéntes autem illæ tulérunt ó-
leum secum in vasis suis; stultæ
verò illæ non tulérunt óleum se-
cum. Ibi óleum, magnum ó-
leum. De dono Dei est hoc ó-
leum. Tu ergo tecum porta,
intus porta. Ubi videt Deus,
ibi porta testimónium consciéntiæ
tuæ. Qui autem ámbulat
ad testimónium alienum, óleum
non portat secum.
Te Deum laudàmus.

॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥ ॥

DIE II. DECEMBERIS.

Octava Sanctæ Catharinae V. &
M. dup. Omnia dicuntur sicut in
die festo, præter sequentia.

In primo Nocturno, Lectiones
de Scriptura occurrente.

In secunde Nocturno.

De Epistola Sancti Hierónymi
Presbyteri ad Eustóchium.

De custódia Virginum tomo I.

Lectio iv.

De Virginibus, inquit Apó-
stolus, præcéptum Dómi-
ni

ni non hábeo : Cut ? quia & ipse ut esset virgo , non fuit impérii, sed propriæ voluntatis : neque enim audiendi sunt , qui eum uxórem hábuisse configunt; cùm de continéntia differens, & suâdens perpétuam castitatem, intulerit : Volo autem omnes esse sicut me ipsum. Et infrā: Dico autem in nuptis, & vīdūis: Bonum est illis , si sic permíneant, sicut & ego. Quare ergo non hábet Dómini de virginitate præceptum ? Quia majóris est mercédis , quod non cōgitatur, sed offertur: quia si fuisset virgnitas imperata , nuptiæ vi-deréntur ablátæ; & duríssimum erat contra natúram cōgere, Angelorúmque vitam ab homínibus extorquere.

R. Beata es, &c.

Lectio v.

Alia fuit in vēteri lege fælicitas : ibi dicitur , Beatus, qui habet semen in Sion , & domésticos in Jerúsalem : Et Maledicta stérilis, quæ non pariébat. Et filii tui sicut novellæ olivárum in circúitu mensæ tuæ. Vácuus erat orbis , & ut de typicis taceam ; sola erat benedictio liberórum. Proptéreà, & Abraham jam senex Cethúra copulátur, & Jacob mándrágoris redimíritur , & conclusam vulvam in Ecclesiæ figúram Rachel conquéritur. Paulatim verò increcénte ségete , messor immissus est. Virgo Elias, Elísæus Virgo, Virgines multi filii Prophetarum. Jeremiæ dicitur : Et tu

ne accípias uxórem. Sanctificá-
tus in utero , captivitatē propinqua , uxórem prohibétur acci-
re. Aliis verbis id ipsum Apó-
stolus lóquitur : Exístimo hoc
bonum esse propter instantem
necessitatem ; quæ est ista necés-
sitas , quæ aufert gáudia nuptiā-
rum ? Tempus breviátum est. In
proximo est Nabuchodóno-
sor.

R. Virgo dirè, &c.

Lectio vi.

Inveniebátur ergo , ut díxi-
mus, in viris tantum hoc
continétiæ bonum , & in doló-
ribus júgiter Eva parturiébat.
Postquam verò Virgo concépit
in útero , & péperit nobis puerum , cujus principátus inhúme-
ros ejus , Deum , fortē , Pa-
trem fúturi sacerduli ; soluta male-
dictio est ; mors per Evam , vita
per Mariam. Ideoque , & ci-
tiùs virginitatis donum fluxit in
fæminas , quia cæpit à fæmina:
statim ut Filius Dei ingrèssus est
super terram ; novam sibi famí-
liam instituit : ut qui ab Angelis
adorabátur in Coelo , habéret
Angelos & in terris. Tunc Ho-
lofernis caput Judith cóntinens
amputávit. Tunc Aman , qui
interpretatur iniquitas , suo
combustus est igne. Tunc pri-
mum audítum est : Quæ non est
nupta , cōgitat , quæ sunt Dómi-
ni , ut sit sancta corpore , & spí-
ritu.

R. Desipis, &c.

In III. Nocturno.

Le-

Léctio S. Evangélii secundum
Matthæum.

Lectio vii.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc: Simile erit Regnum Cœlorum decem virginibus, quæ accipiéntes lámpades suas exiérunt óbviā Sponso, & Sponsæ. Et reliqua.

De Homiliâ Sancti Augustini
Episcopi.

Inténdat itaque cháritas vestrâ. Sapiéntium lámpades ardébant de óleo atérno, de consciéntiæ securitaté, de interiore glória, de íntima charitáte. Ardébant tamen, & illârum fatuárum. Quare tunc ardébant? Quia non déerant laudes hominum. Póstea verò quam surrexerunt, id est, in resurrectione à mórtuis, cæpérunt aptâre lámpades suas, id est, parâre Deo óperum suórum réddere ratióinem. Et quia tunc nemo est, qui laudet, omnis homo causæ suæ vacat; non erant, qui óleū vende-rét, cæperunt deficere lámpades.

R. Beata Catharina, &c.

Lectio viii.

Clausum est ostium. Et quid illis dictū est, non novi vos? Non illas novit, qui ómnia novit? quid ergo est, non novi vos? Improbô vos, réprobo vos: in arte mea non vos agnóscō, ars mea nescit vitia, & júdicat vi-tia: nescit faciéndo, & júdicat arguéndo. Sic ergo non novi vos. Iérunt, intravérunt quinque prudéntes. Sint in yobis

quinque prudéntes: ad istam prudéntiam quinárii númeri per-tinéntes. Véniet enim hora, & quando nescimus, véniet. Sic clausit Evangélium: Vigiláte, quia nescítis diem, neque horam.

R. Virgo percussa, &c.

Lectio ix.

Corde vígila, fide vígila, spé-vígila, charitáte vígila, opéribus vígila, & quando córpo-re dormíveris, véniet tempus, ut surgas: cùm autem surrêxeris, præpara lámpades. Tunc non extingúantur, tunc in interiore consciéntiæ óleo vegeténtur: tunc sponsus ille incorpóreis né-xibus amplectátur, tunc te intro-dúcat in domum, ubi numquam dórmiás, ubi numquam possit tua lampas extíngui. Hódie verò laborámus, & lámpades nostræ inter ventos sæculi hujus, tentá-tionēsque flúctuant: sed árdeat in rubore flamma nostra, ut ven-tus tentationis áugeat ignem pótius, quàm extínguat.

Te Deum laudamus.



VALENTINA.

HUmillimè Sac. Rituum Congregationi supplicantibus Clero, & Populo Ecclesiae Parochialis Sanctæ Catharinæ Martyris Civitatis Valentinæ pro extensione Officii proprii dictæ Sanctæ jam sub die 14. Maii 1718. pro Civitate, & Diœcesi Ulyssiponensi approbati, & postmodum de anno 1728. universo Ordini Sanctissimæ Trinitatis concessi, ad Civitatem, & Diœcensem Valentinam, Sacr. eadem Rituum Congregatio petitum Officium à Clero tantùm præfatæ Ecclesiae Parochialis servitio addicto, in posterum recitari posse benigne indulxit, atque concessit. Die 3. Martii 1731.

C. Cardinalis de Marinis Præf.

Locus  sigilli.

**N. M. Tedeschi Archiepiscopus Apamenus,
Sac. Rit. Congreg. Secret.**

D

DIE



DIE VI. AUGUSTI.

In Ecclesia Parochiali Valent. Sanctæ Catharinæ V. & M.
Omit. Lect. de SS. Xisto, Agapito, & Innocentio (quia in
illa de eis fit officium, prima die festo novem lectio-
num non impedita) & dicitur
sequens.

Lectio ix.

S. Joannis Chrysostomi ex Homil. 57.

TU verò Matthæi philosophiam considera, qui non celavit nomina eorum, qui præpositi fuerant, quod & Joannes sèpiùs facit, cùm eximias Petri laudes verissimè, ac diligentissimè describat. Nullum enim in hoc Apostolorum confortio livor, aut inanis gloria locum habeat. Primos igitur Apostolorum seorsum assumpsit. Quam obrem eos accepit? Quia excellentiores cæteris videlicet erant. Cur autem non illico, sed post sex dies hoc fecit? Nec cæteri, scilicet discipuli, seu homines moverentur: qua de re nec eos nominavit, quos accepturus erat.

Imprimatur,
De-Rius, Vic. Gen.



¶

FESTA SPECIALIA, DE QUIBUS FIT OFFICIUM IN ECCLE-
ſia Parochiali S. Catharinae V. & M. Valent. juxta Rubricas Breviariorum Romanorum, & secundum indultum SS. D.N. Gregorii Divinae providentiae Papae XIII. Pro Regnis Hispaniæ. Dat. Rom. die XXX. Decemb.
M.D.LXX.III. quod incipit: Pastoralis officii cura, &c.

JANUARII.

Die 23. S. Emerentianæ V. & M. dup. mai.

FEBRUARII.

Die 16. S. Ludovici Episcop. & M. dup. mai.

MARTII.

Die 1. S. Leonis Martyris dup. mai.

Die 5. S. Christinae V. & M. dup. mai.

APRILIS.

Die 1. S. Theodoræ V. & M. dup. mai.

Die 13. S. Justini Philosophi, & M. dup. mai.

MAII.

Die 2. SS. Ciriaci, & Saturnini M. dup. mai.

Die 7. Dedicationis dictæ Ecclesiae S. Catharinae V. & M. dup. i. c. cum octava.

Die 11. S. Maximi M. dup. mai.

JUNII.

Die 1. S. Marcelæ V. & M. dup. mai.

JULII.

Die 20. S. Margaritæ V. & M. dup. mai.

AUGUSTI.

Die 6. SS. Xisti Papæ, Agapiti Diaconi, & Innocentii Subdiaconi M. dup. mai.

Die 19. S. Julii M. Senatoris Romani, dup. mai.

Die 26. S. Zephirini Papæ, & M. dup. mai.

SEPTEMBRIS.

Die 4. S. Casti Martyris dup. mai.

Die 6. S. Mauriti M. dup. mai.

Die 11. S. Hiacynti Monachi M. dup. mai.

OCTOBRIS.

Die 25. S. Petri Militis M. dup. mai.

Die 30. S. Perpetuae V. & M. dup. mai.

NOVEMBRIS.

Die 16. S. Preparatæ V. & M. dup. mai.

Die 25. S. Catharinæ V. & M. dup. i. c. ut
pote titularis dictæ Eccles. cum octo. & officio proprio.

DECEMBRIS.

Die 2. S. Aureliae V. & M. dup. mai.

Die 29. S. Felicis Martyris dup. mai.



172 A SPECIMEN - DE QUINQUE ET DECIMU
173 V. P. monachorum. C. monachorum. O. M. N. qd. N. qd. R. qd. M. qd.
174 R. qd. Q. C. monachorum. D. M. G. monachorum. D. M. G. monachorum.
175 P. M. M. qd. R. qd. H. M. M. qd. R. qd. H. M. M. qd. R. qd. H. M. M. qd. R. qd.
176 P. M. M. qd. R. qd. H. M. M. qd. R. qd. H. M. M. qd. R. qd. H. M. M. qd. R. qd.
177 P. M. M. qd. R. qd. H. M. M. qd. R. qd. H. M. M. qd. R. qd. H. M. M. qd. R. qd.
178 P. M. M. qd. R. qd. H. M. M. qd. R. qd. H. M. M. qd. R. qd. H. M. M. qd. R. qd.

JANUARY

Dic 1. S. Eustachius. M. S. W. qd. msi.

FEBRUARY

Dic 1. S. Valentine. M. S. W. qd. msi.

MARCH

Dic 1. S. I. cons. M. S. W. qd. msi.

APRIL

Dic 1. S. T. apostoli. V. S. W. qd. msi.

MAY

Dic 1. S. L. Juliani. E. P. apostoli. S. W. qd. msi.

JUNE

Dic 1. S. Cyprian. V. S. W. qd. msi.

JULY

Dic 1. S. S. Consul. M. S. W. qd. msi.

AUGUST

Dic 1. S. P. Maximini. M. S. W. qd. msi.

SEPTEMBER

Dic 1. S. W. martyris. V. S. W. qd. msi.

OCTOBER

Dic 1. S. G. martyris. V. S. W. qd. msi.

NOVEMBER

Dic 1. S. L. Paulini. V. S. W. qd. msi.

DECEMBER

Dic 1. S. L. Paulini. V. S. W. qd. msi.



2149046
11

Officium Sanctæ Catharinae virginis et mar. ad vesperas

Psalmus 109.

Dixit Dominus Dominino cérdos in æternum secundum ordinem Melchise-
meo: Sede a dextris mis- decte.

Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tue ex-
mitteret Dominus ex Sion:
dominare in medio inimi-
ciorum tuorum.

Ecce principium in die
virtutis tue in splendoribus
sanctorum: ecce ítere an-
te lumen genui et.

Juravit Dominus, et non
penitebit eum: Tu es sa-

cérdos in æternum secun-

dum ordinem Melchise-
decte.

Dominus a dextris tuis
confrégit in die ira sue
reges.

Judicabit in nationibus,
implebit ruinas: conque-
assabit capita in terra mul-
torum.

De torrente in via bibet
propterea exaltabit
caput.

Gloria Patris, et Filii.

Psalmus 152

Laudate, pueri, Domi-



num: laudate nomen filiorum latitatem. Gloriæ
Domini.

Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc,
et usque in seculum. A solis ortu usque ad oc-
casum, laudabile nomen
Domini.

Excelsus super omnes

Gentes Dominus,

per celos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus

noster, qui in altis habi-

tat, et humilia respici-

vit in celo et in terra?

Iustans a terra inopem,

et de stercore erigens pa-

perem:

Ut collocet eum cum prin-

cipibus, cum principibus domum David.

populi sui

Qui habitare facit steri-

lem in domo, matrem abundantiæ diligenti-

filiorum latitatem. Gloriæ
via Patri.

Psalmus 121

Propterea sum in his, qua-

dita sunt mihi: In do-

mum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nos-
tri: in atriis tuis, Ierús-

alem.

Ierúsalem, quæ edificá-

tur ut civitas: cuius par-

te sicut Dominus Deus tripatio ejus in idipsum,

Illuc enim ascenderunt

tribus, tribus Domini;

testimonium Terræ ad

Iustitiam a terra inopem,

confitendum nominis Dó-

mini.

Quia illuc sedérunt sedes

in iudicio, sedes super

cipibus, cum principibus domum David.

Progate que ad pacem

sunt Ierúsalem: et

abundantiæ diligentie



bus' te.

Sicut par in virtute tua:
et abundantia in tauribus
tuis.

Propter fratres meos, et
proximos meos, loquebar
propter te.

Propter domum Domini
Dei nostri, quoniam bona
tibi.

Glória Patri, et Filio.

Psalmus 126.

Nisi Dominus adificaverit
domum, in vanum
laboraverunt qui edificant
eam.

Nisi Dominus custodierit
civitatem, frustra vigi-
lat qui custodit eam.

Namum est vobis aste-
reui singere: si singote
postquam sederitis, qui
manducatis panem

doloris.

Cum deciderit dilectis suis
sonnum: ecce hereditas
Dominii, filii: merces, fruc-
tus ventris.

Sicut sagitte in manu po-
tentis: ita filii excusio-
rum.

Praelatus vir qui implavit
desiderium suum ex ipsis:
non confundetur cum lo-
queretur inimicis suis in
porta.

Glória Patri, et Filio.

Psalmus 147

Lauda, Ierusalem, Do-
minum; lauda Deum
tuum Sion.

Quoniam confortauit
seras portarum tuarum:
benedixit filios tuos in te.
Qui posuit fines tuos
pacem: et didisse fru-

menti initia to

Canticum Ps. M. V.

Qui emittit eloquium
suum terra: velociter
currit sermo ejus.

Magnificat anima
mea Dominum.

Qui dat nivem sicut la-
mam: nébulam sicut meo.

cinerem spargit. Quia respexit humilita-
tis et exaltavit spiritus suus: ecce
vix sicut buccellas: omnes enim ex hoc beatam
te faciem frigoris ejus ne dicas omnes ge-
quis sustinebit? generationes

Emittet verbum suum, Quia fecit mihi magna
sunt et liquefaciet ea: qui potens est: et
habit spiritus ejus, et sanctum nomen ejus.
fluent aquae.

Et misericordia ejus a-

Qui annuntiat verbum progenie in progenies
suum Iacob; justitas, timentibus eum.

et iudicia sua Israel. Fecit potentiam in bra-
• non fecit taliter omni chio suo, dispersit su-
nationi: et iudicia sua peritos mente cordi mi-
non manifestauit eis. Deposuit potenter de se-
Gloria, Patri, et Filio. de: et exaltavit hu-
miles.

Lurientes impluit bo-
nis: et divites dimisit
inanes.

Suscepit Israel puerum
suum: recordatus mis-
ericordie sua.

Sicut locutus est ad pa-
tres nostros, Abraham
et seimini eius in semita.
Gloria Patri, et Filio.

Officium

S.º Catharinae
v.º et m.
ad laudes.

Psalmus 92.

Dominus regnabit de-
coram iudicis est: iu-
dices est Dominus forti-
tudinem, et proximitatem.
Etenim firmavit orbem
terre, qui non commo-
vebitur.

Panitia sedes tua extunc:
a saculo tu es.

Elevaverunt flumina
Domine: elevaverunt
flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina
fluctus suos, a vocibus
aquarum multarum.

Mirabiles elationes

maris, mirabilis in
altis Dominus.

Testimonia tua credibili
lia facta sunt miseri;
domini tuam decet
sanctitudo, Domine, in
longitudinem dierum.

Gloria, Patri et Filio.

Psalmus 99.

Iubilate Deo, omnis ter-
ra: servite dominum
in latitia.

Introite in conspectu meo, quoniam multipli-
catus es tu in exultatione tertiib[us] caro mea.

Sicut quoniam dominus
minus ipse est Deus; et non
ipse fecit nos, et non
ipse nos:

Populus ejus, et oves am, et gloriam tuam.
pascua ejus: introite quoniam melior est
portas ejus in confessione, atria ejus in hym-
nis: confitemini illi.

Laudate nomen ejus
quoniam suavis est
Dominus, in eternum
misericordia ejus, et
usque in generationem
et generationem veri-
ta ejus.

Gloria, Patri et Filio.

Psalmus 62.

Deus Deus meus,
ad te de luce vigilo.

Sicut in te anima

Introite in conspectu meo, quoniam multipli-
catus es tu in exultatione tertiib[us] caro mea.

Yh[esu]s terra deserta, et envita,
et iniquosa: sic in
sancta apparui tibi, ut
viderem virtutem tu-

Quoniam melior est
misericordia tua super
vitam: labia mea lau-
dabunt te.

Sic benedicam te in vi: Rex vero in vanum la-
ta mea: et in nomine tabitur in deo, laudabun-
tuo levabo manus meas, tur omnes qui jurant in
Sicut adipe et pingue eo: quia obstructum
dine repletatur anima mea est os loquacium ini-
ci: et labii exaltationis quia.
laudavitos meum.

Psalmus. 66

Si memori fuit super Deus misereatur nostri,
stratum meum, in ma- et benedic nobis: illu-
titinis meditabor in te: minet vultum suum
quia fuisti adjutor super nos, et misereatur
meus.

Et in velamento altarum Ut cognoscamus in terra
tuorum exulta bo, adho viam tuam, in omni-
sit anima mea post te: bus gentibus salutare
me suscepit dextera tuum.
tua.

Ipsie vero in vanum que- confiteantur tibi popu-
lierunt animam meam, li, Deus, confiteantur
introibunt in inferiora Latentur et exultent
terre: tradentur in Gentes: quoniam sic
manus gladii partes dicas populos in equi-
vulpium erunt.

dirigis.

confiteantur tibi populi,
Deus; confiteantur tibi po-
puli omnes: terra de-
dit fructum suum.

Canticum trium puerorum.

Benedicite, omnia opera
Domini, Domino: lau-
date et superexalte
eum in sequa.

Benedicat nos Deus Deus
poste, benedicit nos Deus: misericordia: bene-
et meuant eum omnes dicitur celi Dominus,
fines terra.

Gloria Patri et Filio:

Benedicite, aqua omnes,
qua super celos asunt,
Dominus: benedicite,
omnes virtutes Domini
Dominus.

Canticum trium puerorum.

Benedicite, omnia opera
Domini, Domino: lau-
date et superexalte
eum in sequa.

Benedicite, aqua omnes,
qua super celos asunt,
Dominus benedicite
stelle celi, Dominus.

Benedicite, sol et luna,
Dominus: benedicite
steller celi, Dominus.

Benedicite, omnis imber
et ros, Dominus: benedi-
cite omnes spiritus
Dei Dominus.

Benedicite ignis et au-
tus, Dominus: benedic-
te, frigus et aestus, Do-

miso.

Benedicite, rores et pru-

na, domino: benedicite,

Benedicite, glaies et ni-

ves, domino: benedicite

noctes et dies, domino.

Benedicite, lux et tene-

bra, domino: benedicite

fulgura et nubes, domino.

Benedicat terra domini-

mum: laudet et super-

xalitet eum in secula.

Benedicite, montes et col-

les, domino: benedicite,

universa germinantia

in terra, domino,

Benedicite, fontes, do-

mino: benedicite, ma-

ria et flumina, domino.

Benedicite, cete et omnia

qua moventur in aquis

domino: benedicite

omnes uolucres, col-

Domino.

Benedicite, omnes bes-

tuia et pectora, domine;

benedicite, filii homi-

norum, domino.

Benedicat Israel, domi-

num: laudet et super-

xalitet eum in secula.

Benedicite, sacerdotes

domini, domino: bene-

dicite, servi domini do-

mino.

Benedicite, spiritus et

anima justorum, do-

mino: benedicite, sancti

et humiles corde, do-

mino.

Benedicite, Anna, A-

ria et maria, misericordia, domino:

Benedicite, laudate et superexalte

et exultate in agnis eum in secula.

Benedicamus, es do-

mine, in firmamento
celi: et laudabilis, et
superexaltatus, in sa-
cra.

Statuit ea in eternum, et
in seculum seculi; princi-
pium posuit, et non prete-
ribit.

Psalmus 148.
Laudate dominum de te-
rra, dracones, et omnes

Laudate dominum de
celis: laudate eum
in excelcis.

Ignis, grandis, uix, glo-
ries, spiritus procella-
rum: qui faciunt ver-

Angeli ejus: laudate eum ejus:
eum, omnes virtutes
ejus.

Montes, et omnes colles,
ligna fructifera, et ome-
nes cedri.

Laudate, eum, sol et
luna: laudate eum
omnes stellae, et lumen,

Bestia, et universa
pecora: serpentes et
volucres pennatae.

rum, et aquae omnes
qua super celos asunt, populi: principes, et
laudent nomen domini. omnes iudices terra,
quia ipse dixit, et fac-
ta sunt; ipse manda-
vit, et creata sunt.

Reges terra, et omnes
senes cum junioribus
laudent nomen domini:

quia exaltatum est nomen ejus, solius.
confessio ejus super colum nibus eorum.

et terram: et exaltavit cornu populi sui

Psalmus 149.

lætitate Domino iusti- lis.

cum novem: laus ejus Ad alligandos reges
in ecclesia sanctorum. eorum in compediis.

Lætitur Israel in eo, qui et nobiles eorum in ma-
fecit eum: et filii Sion misericordias ferreis.

exultent in rege suo. Ut faciant in eis iudicium:
laudent nomen ejus in cium conscriptum:

choro: in tympano et gloria hoc est omnibus
psalterio psallant ei: sanctis ejus.

Quia beneplacitum est Ps Psalmus 150
Domino in populo suo: Laudate dominum in
et exaltabit mansuetos sanctis ejus: laudate
in salitem.

Exultabunt sancti in virtutis ejus.
gloria: lœtabuntur in Laudate eum in vir-
cubilibus suis.

Exaltationes Dei in eum secundum mul-

guerere eorum: et
gladii arcuipes in ma-

Ad faciem eam vindic-

tam in nationibus,
incorruptiones in popu-

laicitate.

Ad alligandos reges
eorum in compediis.

et nobiles eorum in ma-
fecit eum: et filii Sion misericordias ferreis.

Ut faciant in eis iudicium:
laudent nomen ejus in cium conscriptum:

choro: in tympano et gloria hoc est omnibus
psalterio psallant ei: sanctis ejus.

Laudate dominum in
sanctis ejus: laudate
eum in firmamento.

virtutis ejus.
Laudate eum in vir-
cubilibus ejus: laudate

Exaltationes Dei in eum secundum mul-

situicinem magnitudini ejus.

Laudate eum in sono tubae: laudate eum in psalterio, et cithara, in tympano plebis sue.

et choro: laudate eum in chordis, et organo.

Laudate eum in cymbali benescantibus: laudate eum in cymbali jubilatione:

omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, et Filio.

Cantricū Zachariae.

Benedictus Dominus Deus Israel, qui visitavit et fecit redemptio-

nem pueri sui. Et erexit cornu salutis nobis, in domo Da-

vid pueri sui. Si ueritatis est per os sanctorum, qui a seculo sunt, prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris, et de manu omnium, qui oderunt nos:

Ad faciēndam misericordiam cum patribus nostris: et memorari testamēti sui sancti.

Puspirāndum, quod

juravit ad Abraham
patrem nostrum, da-
turum se nobis.

Ut sine timore, de ma-
nu inimicorum nostra-
rum liberati, servia-
mus illi

Yu sanctitate et justitia
coram ipso, omnibus
diebus nostris.

Et tu, puer, propheta
Altissimum vocaberis:
proibi enim ante fa-
ciam Domini parare
vias ejus:

Ad dandam scienti-
am salutis plebiejus,
in remissionem peccar-
torum eorum:

Per viscera misericor-
diae Dei nostri: in
quibus visitavit nos, o-
niens ex alto:


luminare sis, qui in
tenebris, et in umbra
mortis sedent: ad
dirigendos pedes nor-
tos in viam pacis.
Gloria Patri et Filio.





Living side by side
Loving in it, finding
A life, a love, a way
A love like a gift
A gift which is given
A gift which is given

Loving side by side
Loving in it, finding
A life, a love, a way
A love like a gift
A gift which is given
A gift which is given











cervina 55-6/8a





Biblioteca  Valenciana



31000009570717



